



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. II. De solo, & pauimento cum alijs nonnullis in genere.


urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

DE SOLO, ET
PAVIMENTO.*Cum alijs nonnullis in genere.*

Caput II.

VT autem à fundamentis exordiamur, licet affirmare tale Sacellum, mundi durationem æquaturum, nè dicam æternitatem, siue fundamentorum profunditatem excellenti materia repletorum, siue situm respicias profunda platea excavatum, in qua hæc fabrica se attollere incepit, quæ mundi miraculum videtur. Præterquam quod eodem tempore parte externa marmora locabantur Tiburtina cum soccis, basibus, paraftadis, capitulis, cymatijs, zophoris, coronidis, clathris, &c. velut libro quinto indicauimus, & ex delineatione de-

Aprehenditur. Modo ad interna redeamus, illa vniuersa attingentes. Antequam vero ulterius pergatur, paumentum occurrit summa cura in distributionibus imitatum. Tholi altitudo suis cum testudinibus; pars media Pauli Quinti insignia gestans diuersorum colorum lapidibus distincta, tantaque arte inseritis, ut picturæ opus omnino exprimat, cum testudinis spatijs, varijs marmororum orientalium coloribus, ut alabastris orientalibus, lycurijs, caloritis orientalibus, & cæteris quamplurimis lapidibus vna nigris, croceis, & rubeis, fascis alligatis, prout res ipsa, & lapidum conditio, eximia diligentia ornatorum poscebatur, & qui aspicientium oculos perbellè oblectant. Adsum etiam binæ adiculae, paumento insigni, cancellis, atque sacris ferulis; nec non maior Ara cernitur, nobile facelli Sacrarium, murorum crassities, & ante ingressum, paumentum, fornicis supereminens, ornamentis satisfaciens, velut ex delineatione deprehenditur.



DE PR-